



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones**

**Arnoldus <Vesaliensis>**

**Coloniae, 1565**

**VD16 H 312**

Caput 28. Efficit ne coniugium consensus de futuro accedente iuramento?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30256**

Quid est, & quomodo contrahitur matrimonium?

**C**VM matrimoniū sit viri & mulieris maritalis coniunctio inter personas legitimas, indiuiduam retinens vitæ consuetudinem: ideo coniuges sine consensu mutuo non separantur, nec vnus sine altero continentiam vouere potest, sed debitum coniugi reddere tenetur.

Fit autem matrimonium consensu, qui per verba de præsentī exprimitur, etiam si copula carnalis non interueniat.

Estq; differentia inter sponsalia & matrimonium, quod sponsus etiam inuita sponsa monasterium ingredi possit, & contrā: non autem matrimonio per congressum consummato. Quamuis & sponsi coniuges quandoque dicantur. Quod si sponsalia cū vidua cōtrahantur, bigamia per hoc non inducitur.

Caput 28.

Efficit ne coniugium consensus de futuro accedente iuramento?

Consens.

**C**on  
per hui  
firmatio  
Hinc si a  
copulan  
missio p  
Lex a  
tur, inte  
senti int  
sit matr  
Tradi  
& a face  
ti substa  
dam ipse  
honestat  
Con  
ba de pr  
um in co  
in eccle  
gant, cū  
Debe  
sensus et  
quapro  
pta scrib  
& soror  
nium no  
nem & l

**C**onsensus de futuro, matrimo-  
nium non facit, etiam si iura-  
mento firmatus fuerit, quum  
per huiusmodi iuramentum fiat con-  
firmatio, non de facto, sed futuro.  
Hinc si alter contrahentium, ad aliā  
copulam transferit, dissoluta est pro-  
missio prior.

Lex autem quæ aliud dicere vide-  
tur, intelligenda est, si verba de præ-  
senti interuenerint, aut quod futurū  
sit matrimonium.

Tradi autem parentibus sponsam,  
& à sacerdote benedici, de sacramen-  
ti substantia non sunt, sed ad quan-  
dam ipsius pertinent solennitatem &  
honestatem.

Consensus etiam occultè per ver-  
ba de præsenti expressus, matrimoni-  
um in conscientia perficit. Quamuis  
in ecclesiæ iudicio verba illa non co-  
gant, cum testimonium desit.

Debet autem matrimonialis con-  
sensus esse in cōiugalem societatem, *Gen. 2.*  
quapropter mulier ex latere viri sum-  
pta scribitur. Vnde & inter fratrem  
& sororem cohabitantes, matrimo-  
nium non est: fuit autem inter Virgi-  
nem & Ioseph.

Caput 29.

Facit ne